

Bibliothèque numérique

medic@

**Levesque, Rémi - candidat / Biard,
Gabriel - président. - An somnus à
cibo ?**

1625.

Paris

Cote : ms 75 n°665



(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : [http://www.biusante.parisdescartes
.fr/histmed/medica/cote?ms00072_ms00080x04x0665](http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms00072_ms00080x04x0665)

QVÆSTIO MEDICA,
CARDINALITIIS DISPUTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA IN
SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XX. FEBRVARII, MAGISTRO GABRIELE
BIARD DOCTORE MEDICO MODERATORE.

665

An somnus à cibo?



VAMDIV vivit homo, nutritur tandiu: ad hoc illi alimentum paratum fuit à natura, quod siue calidum, siue frigidum potestate, eodem modo calefacit nostrum corpus. Id pro triplici coctione quam in ventriculo, venis, & singulis corporis partibus subit, triplex assignatur, *ἡ πρώτη τριπλὴ, καὶ ἡ δεύτερη καὶ ἡ τρίτη*. Posterior coctio semper sequitur priorem, si hæc prava sit (quod contingit etiam facultate ventriculi illaesa) si bona, non semper, nec enim vitium primæ secunda, nec errorem secundæ tertia emendat. *ἡ τρίτη τριπλὴ καὶ ἡ τέταρτη*. Quæquantum, quando, quoties, quomodo alimentum exhibeas sedulo æstimes. Videntur *ἡ πρώτη τριπλὴ καὶ ἡ δεύτερη*. Impranso cena solito parior, humidioribus cibis & coctu facilioribus, vinoque minis diluto paranda: Plus æquo pranso, sit nulla aut exigua cena. Humida & lubrica prius ingerenda; nec sumendum est mane alimentum nisi hesterno probè confecto & exercitato corpore: sitque cena prandio copiosior. Debilia corpora alantur parce, & frequenter: vegetatior, & multum. Inedia si futura sit, labor omnis abesto.



LIMENTA ingeri solida non debent, sed aterita primùm denubis & laugiza ventriculo committantur, vt in chylum transeant eius non calore solùm, sed etiam facultate *ἡ πρώτη τριπλὴ*. A cibo vel æstui, vel frigori, vel labori nemo se credit, cura ac meditatio omnis absit, vtpotè à quibus imbecillitas ventriculi, qua ferè studiosi omnes & urbani laborant, & macies ortum habet. Cane ponam obis pramittas, vel post insignem euacuationem alimentum *ἡ πρώτη τριπλὴ* assumes: Meliores cibi non semper omnium optimi, dandum aliquid voluptati & consuetudini, quæ altera natura est: Alimentorum mutatio per ætates necessaria, pueris mollior, iuuenibus, quibus facultas coctrix debilior, excretrix robustior quàm pueris, sicca concedi debent: vtrisque cum venere arthritidis alumna, vinum, frigidorum morborum parens, interdicitur, hoc senibus ex usu est æquè ac mel salique edulia. Hyeme licet ventres natura sint calidiores, magis tamen nocent frigidi & piritiosi cibi quàm æstate.



SOMNVS (quiete sensus motusque rectè definitus) corpus humectat, calorem nativum fouet, omnes coctiones iuuat, secernit excrementa, sitim à vigilijs inductam sedat: Sic vorax vigilia corpus desiccet, humidum premigenium depopulatur, ciborum coctionem interrumpit, & à somno excitatam sitim extinguit: longiori somno deteriores semper longiores vigilie, præsertim senibus, quibus amicus somnus longus, maximè à cibo recenter ingesto, calidioribus & siccis naturis breuior somnus esse solet, longior humidis calidis, & profundior; verùm etiam gulosis hominibus & vino generoso vtenibus: A fame & ab euacuatione aliqua liberali, velut à phlebotomia arcendus somnus, cataphorici & altmaticis noxius, interdum necessarius vomentibus; quòd pueri diu multumque dormiant, senes parum & leuiter, argumento est à frigore somnum nequaquam induci: nocturnus diurno, vespertino matutinus salubrior, meridianus æstate & calidis regionibus maximo animalis commodo permittitur, quo vt suauior meatu humida refrigerantia rectè imperantur alimenta.



VO maior est euaporatio & obstructio meatuum per quos spiritus animales à vitalibus & naturalibus specie distincti excurrunt, eò maior in somnum propensio, ex quo mirum fuerit cur æstate quàm hyeme somnolentiores simus, curvæ Æthiopes & Meridionales populi Septentrionalibus, biliosi melancholicis, defessi minimè fatigatis, sobrii vario cibo oppletis somno facilis capiantur. Quibus angustæ venæ ijs citò somnus obrepit, ægrè ijs quibus tristitia cor editur, cuius tamen alexipharmacum est somnus, vt & lassitudinis cuiuscumque; suauis soporatur inflexi quàm erecti, decumbentes in latera quàm supini, aut proni, super dextrum latus quàm sinistrum. Calidiores sunt partibus internis qui dormiunt, externis qui vigilant: hinc est vt illis qui præter consuetudinem pransi fuerunt, dormiendum sit à prandio, hyeme sine frigore, æstate sine calore: Si in somnum minis propensi sunt, lentè ambulando plures conficiant circuitus. Aperto & nudo cælo dormire, minis bonum; bonum calidioribus plus æquo hominibus, frigido in loco contextos somnum capere.



INGVLARE sanitatis tuendæ præceptum eodem semper vt alimento: prandere assueti si impransi maneant, reliquæ ciborum ijs exarescunt, os amarescit, partes externæ frigescent, pendula sentiuntur viscera, iisque cardiogmi excitantur. Cum genus vitæ mutandum est, insuetam cibi abstinentiam facilius ferent piritiosi biliosis, obesi gracilibus, pingues macilentis, adolescentibus senibus Periculosior ex multa vasorum inanitione ciborum copiosa ingestio quàm ex multo cibo *ἡ πρώτη τριπλὴ* traductio. Otium fauetas & statim à cibo venus piritiosum morbis velis pleno quàm vacuo, calido quàm frigido corpore opportunior. Fugienda sunt procul cupiditæ, adsit pro condimento fames appetitus ventriculi *ἡ πρώτη τριπλὴ*, licet sibi simulibus gaudeat alimentis contrariis, tamen non lædatur, vbi ille calidior iusto existit minus appetit quàm coquit, melius dormiat quàm coquit, carneque reddit frigidiores: alit cum siccior est, frequenti torquetur siti, exiguo sedanda potu, vnde artis necessitas colligitur, sine qua sanitas incolumis seruari nequit. Post cibos in ventriculi fundum delapsos somnus tuto conceditur, tunc enim ex cibis blanda & copiosa anathymialis caloris beneficio ad cerebrum delata caput replet, & somnum inducit, quo vigente noui spiritus cudentur ad frequentem vigiliam, & ad operationes animi & corporis obeundis.

Ergo somnus à cibo.

112



Proponebat Lutetiæ REMIGIVS LEVESQVE Rhemenfis, Anno Domini M.DC. XXV.